



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 76. Gregorii Trapezuntini extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV

A C 1487

*Es Comm lib.**7 Lusing  
hist. Cypri.*

nomini Rex, & Helena Palæologa Theodori Moreæ Despotis Filia, Romæ die decima sexta Julii ex Paralyfi diem supremum clausit. Hæc variis adversantis fortunæ casibus jactata, a Jacobo Spurio fratre suo regno exuebatur, hinc primum in Sabaudiam, postea Romam secessit, ubi præsentem summo Pontifice ac Cardinalibus quam plurimis omnes suas ditiones Carolo Sabaudia Ducis dono reliquit.

§. LXXVI.

*Georgii Trapezuntini extrema.**Paul. Jov.  
in elog. c. 25.**Vossius de  
hist. lat. l. 3.  
c. 8.*

Ad hunc, aut certe ad priorem annum revocandus est Gregorii Trapezuntini Viri inter Græcos scientia longe præstantissimi obitus. Vivis ereptum planxit Roma, quo ante captam Constantinopolis urbem, sedente Eugenio IV. Pontifice sese receperat, ac pluribus annis Rhetoricam & Philosophiam docuerat. Nicolao V. Pontifici ab epistolis erat, pluresque libros latino sermone elucubrabat; plures vero græce conscriptos latine reddebatur, ac denique posteritati relinquebat Epistolam ad Joannem Paleologum, qua eum, ut Basileam quantocius veniret, adhortatus est; scripsit etiam duos Tractatus de processione Spiritus sancti adversus Græcorum sententiam: hos libros Leo Allatius in primo Tomo suæ

Græ-

Græciæ Orthodoxæ publici juris fecit. **Sæcul. XV.**  
 In eorum altero agit Gregorius de uni- **A.C. 1487.**

tate Ecclesiæ Catholicæ, necnon de Pri-  
 matu Ecclesiæ Romanæ, ubi affirmat,  
 quod quinque Patriarchales Ecclesiæ,  
 servato dignitatis ordine, quodammodo  
 inter se subordinentur, atque vacante  
 Romana Sede universalis Ecclesiæ regi-  
 men Constantinopolitano Patriarchæ de-  
 ferendum sit. Præterea orationem edi-  
 dit in hæc Christi Domini verba: *Si eum*

*volo manere, donec veniam Joan. c. 21. v.* *Dupin Bibl. Script. tom. 12. p. 124.*

28. ex quo S. Joannem nunquam mor-  
 tem subiisse infert: Inter ejus opera etiam  
 recensetur Historia de Martyrio S. An-  
 dreæ Chiensis a Turcis occisi. Ex Græ-  
 co idiomate in latinum transtulit S. Cy-  
 rilli commentarios in Joannem, ejusdem-  
 que quatuordecim tractatus de Trinitate,  
 necnon plures Homilias S. Chrysostomi;  
 tractatum S. Gregorii Nissenii de vita  
 Moylis, libros S. Basilii contra Euno-  
 mium, & tractatum Eusebii de præpa-  
 ratione Evangelica. Adeo honorificam de  
 Aristotelis doctrina opinionem concepit, ut  
 nonnisi cum contemptu de Platonica  
 mentionem faceret, quod tamen Trape-  
 zuntini studium Cardinalis Bessarion exi-  
 mius Platonis fautor suggillabat. Tan-  
 dem Gregorius summa senectute confe-  
 ctus, omniumque literarum, quas olim  
 didicerat, penitus oblitus, Romæ deces-  
 sit;

Sæcul. XV. sit ; hunc Andreas ejus Filius contra  
 A.C. 1488. Theodorum Gazam admodum enervi A-  
 pologia vindicabat.

## §. LXXVII.

*Mors Alexandri de Imola.*

*Fichard. in  
 vis. Juris-  
 conf.*

*Leand. Al-  
 berti descrip.  
 Ital.*

*Possevin. in  
 Appar.*

**E**odem anno Alexander Tartagnius, ab  
 ortus sui loco dictus de Imola, cele-  
 bris Jurisconsultus naturæ debitum sol-  
 vit, annos natus quinquaginta quatuor.  
 Sepultus est Bononiæ in Ecclesia FF. Præ-  
 dicatorum, ubi sepulchrum in ejus hono-  
 rem conditum e marmore exurgit. Ma-  
 gistrum habuit Joannem de Imola, ipse  
 vero summa laude solidos triginta annos  
 Juris præcepta Parisiis, Ferrariæ, ac  
 Bononiæ tradidit. Scripsit Commenta-  
 rium in sextum librum Decretalium, &  
 in *Clementinas*, præter complures alios  
 juris civilis tractatus, qui omnes Ve-  
 netis, Francofordiensibus, & Lugdunen-  
 sibus litteris excusi prostant. Ejus quo-  
 que vita a Nicolao Antonio Gravatio de-  
 scripta tractatui de consiliis præfixa ha-  
 betur.

## §. LXXVIII.

*Maximiliani contentio cum Flandris.*

**H**oc anno millesimo quadringentesimo  
 octogesimo octavo Romanorum Rex  
 Carolo de Mannevilla negotium dedit,  
 ut